

GENETHLIA
FESTIVA

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

WILHELMO
ERNESTO

DVCE SAXONIAE, JVLIACI, CLIVIAE
AC MONTIVM, ANGARIAE AC
VVESTPHALIAE,

LANDGRAVIO THVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE,
PRINCIPE-COMITE HENNEBERGAE, COMITE MAR-
CAE ET RAVENSBERG, DYNASTA
RAVENSTEINII,

PATRE PATRIAE
NOSTRO CLEMENTISSIMO

DIE XXX. OCTOBRIS ANNI HVIVS M DCC XIV.

*INTER VOTIVAS ET SVPPlices FIDISSIMORVM SVBDITORVM
ACCLAMATIONES*

ANNVM QVINQVAGESIMVM TERTIVM

AVSPICATISSIME INGRESSO,

GRATVLATORIA HACCE EPISTOLA HVMLIME ET PERQVAM
OFFICIOSISSIME CELEBRATA.



VINARIAE, LITTERIS MUMBACHIANIS.

(Handwritten flourish)

20/10 14.

51.



SERENISSIME PRINCEPS AC
DOMINE,

PATER PATRIAE
CLEMENTISSIME.



Atalitiā mortalium horam

à quibusvis terrarum gentibus nullo non tempore notabilem fuisse habitam, veterum historiarum evolventi necium esse non potest. Quem enim quæso præterit singularis ille prætorum Thracum mos & consuetudo, inter eosdem recepta, quæ, referente *Herodoto*, (a) genitalem sobolis suæ diem planctu fletive, aut feralem gaudiis atque exultationibus excepisse feruntur, fatis, vitæ humanæ exordium, omnis insimul calamitatis atque ærumnæ esse primordium, insitar lucernæ, eodem temporis puncto exardescens absumique paulatim incipientis. Quæ etiam ex Christianis *Origenem*, Theologum istum Seculo III. admodum celebrem, quondam fuisse ad stipulatum, contestantur clara ejusdem verba, quæ occasione Jobi, natalem sui diem devoventis, sequenti modo edisserit: *Lamentandus atque plorandus est dies carnalis natiuitatis, ut pote tantarum temptationum atque dolorum introitus.* (b) De Romanis è contrario relatum habemus, quod hæc in genialibus suis diebus Genium istum, quem sibi una natum seque postea

(a) Lib. V. Histor.

(b) Tom. II. Operum fol. 39.

tuentem finxerant, quocunque lætitiæ genere decenteri gavisi fuerint. (7)
Huc alludere videtur illud Poeta:

*Hunc, Macrine, diem numeris meliore lapillo,
Quæ tibi labentes apponit candidus annos;
Funde merum Genio.* (8)

At enim vero hos aliosque aliorum, orientalium aequè ac occidentalium populorum ritus & mores, in natalis suis diebus adhibitos, heic in medium proferre, supercedeo, nec etiam, quo animi affectu puerperia nostra, luctuoso videlicet vel luculento à nobis reputanda sint, inde elicere seu excutere, impræfentiarum mihi est animus. (9) Interea tamen extra omnem dubitationis aleam positum ratumque cenfeo, omnino licitum ac laudabile, quid dicam? imo ex officio subditorum esse, quod Principum suorum, laudabili inprimis reipublicæ administratione inclytorum, dies natales festâ quadam ovatione submissaque animi devotione, omnibus lachrymis è vultu & animo absterfis, gratantes persequantur.

Serenissime Princeps, natalis **Serenitatis Vestræ** fideribus jam ex benignâ divini Numinis gratia iterum reluctentibus, gaudia intra pectus meum ocula retinere, nonne summe incuriæ ingraticque animi esset arguendum? **Qua** propter, quod **Celsissimæ Serenitati Vestræ** pagellas hæc votivas, devotissimis precibus obfignatas, perquam humillimè offerre ausus sum, nec facinoris illiciti, nec conatus temerarii, sed sanctissimi mei officii fuisse, persuasum habeat **Vestra Serenitas**. Diferentissimus ille Romanæ faciundia princeps M. Antonium ad æquam prudentemque regiminis formam capessendam exhortaturus: *Ita*, inquit, *guberna rempublicam, ut natum esse te, civis tui gaudeant: Sine qua nec beatus, nec clarus esse quisquam potest.* (10) Liceat mihi hoc Oratoris effatum, ordine tamen inverso, hæc applicare: **Ello**, **Serenissime Princeps**, hocce die nobis clarus ac beatus! Gaudete, o vos civis cordatioresque vos ministri, **Serenissimum nostrum Principem** natum esse, quod rem nostram publicam tam *piè*, tam *prudenter*, tamque *felicitè* gubernat & administrat! De pietate testantur tot præclara & insignia istiusmet specimina, que pro merito deprecidare jam præclusus, tacitâ quadam veneratione tantum admirari jubeor; occurrit heic religiosissima verbi divini audiendi promovendique in ex struendis templis constituendisque ejusdem ministris, cupido: adest pientissima vitæ integritas, integerrimusque totius vitæ ordo atque compositio: adest admirabilis ille pro tuenda vera Evangelica religione Zelus, ex Paterna Illustrissimorum Majorum hereditate in corde **Serenitatis Vestræ** propagatus. *Si prudentiam*

(7) De Geniis conf. Caspar Barthius in animadversionibus ad Rutilii Nummatiani Lib. I. Itinerarii v. 327. & J. Nicolai Phyllobolia Cap. IV. p. 25. sq.

(8) A. Persius Sacyra II. v. 1. sq.

(9) De eo, quod heic angusta mihi interdicit pagina, videri ex influito potest, Censorinus in Tr. de die natali in Præfat. & Cap. III. ut &, quod Henr. Lindenbrogias ad L. c. Censorini eum in finem congestit pluribus.

(10) Cic. Orat. I. Philippic. sub finem.

dentiam intueor, quis est, qui **Serenitatem Vestram** imprudentis cupidam facti aut verbi unquam arguit, dum non solum aliis, sed & sibi ipsi imperare edidicit? Prudentissima praesentis regiminis consilio me reddit plane impotentem, quid eloquar, quidve fliceam? Si *felicitem* specto, vincor magnitudine: Nos omnes sub regimine **Vestrae Serenitatis** degimus vitam pacatam omnisque alius mali, praetot aliis gentibus, expertem & liberam. **O** nos terque quaterque beati! Sub **Te** igitur, **Serenissime Princeps**, tanquam Principe *pis*, *prudenti* & *felici* non nobis metuenda sunt funesta, non temerantia, non infelicia. Gratulantur ideo sibi de hoc coloni, plaudunt civis: letantur ad unum omnes. Univerſa fidelium ſubditorum, quae ſalus Principis ſui precientisſimi cordi eſt, cohors applaudere videtur ſauſtiſſimis iſtis Imperatoris Titi Veſpaſiani verbis: Tu *bonus Princeps*, noſter & orbis amor! Et ſane, **optime Princeps**, quis eſt tandem, qui ſibi temperare poſſit, quin gaudeat intimè, **Te ac Principem bonum nobis natum eſſe?** Caterum, ut verbis *C. Plinii Cae. Secundi*, quae Trajanum Imperatorem compellavit, heic urar: *Opto, Domine, & hunc natalem, & plurimox alios quam felicisſimos agas: aeternaque Laude ſtorentem virtutis Tuae gloriam, & incolamis & fortis aliis ſuper alia operibus angeas.* (a) Annuat **DEUS** ter optimus, ter maximus ardentisſimis precibus atque votis meis, faveatque clementiſſimè, ut tandem **Celſiſſima Veſtra Serenitas** in aeternum gaudeat, gaudeantque cum **Veſtra Serenitate** omnes fidelisſimi ſubditi, quorum ego ſum

(a) Lib. X. Epist. 89. integra.

Serenissime Princeps ac Domine Vestrae Serenitatis

humillimus, subjectissimus

CASPAR BINDER,

Nobilis juvenutis, Serenitati Vestrae a
Servitiis, Informator.

GENETHLIA FESTIVA

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO

WILHELMO NESTO

ONIAE, JVLIAE, CLIVIAE
TIVM, ANGARIAE AC
VESTPHALIAE,

HVRINGIAE, MARCHIONE MISNIAE
TE HENNEBERGAE, COMITE MAR-
RAVENSBERG, DYNASTA
RAVENSTEINII,

RE PATRIAE O CLEMENTISSIMO

OCTOBRIS ANNI HVIVS M DCC XIV.
T SVPPLES FIDISSIMORVM SVBDITORVM
ACCLAMATIONES

VINQVAGESIMVM TERTIVM
AVSPICATISSIME INGRESSO,
A HACCE EPISTOLA HVMLIME ET PERQVAM
OFFICIOSISSIME CELEBRATA.



AE, LITTERIS MUMBACHIANIS,



30/10 14.

51.